

θεν τοῦ Λόγου τοῦ οἶα καθαρωτάτῳ  
χρυσίῳ περικεκαλυμμένος.

purissimo Verbi Dei auro cir-  
cumtectus.

### DE BENEDICTIONIBUS PATRIARCHARUM

<sup>PO 27, 76</sup> Benedictio Isaac et Iacob. Τὸ δὲ εἰπεῖν· «ἐκ βλαστοῦ, υἱός μου, ἀνέ-  
ρης», ἵνα τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ Χριστοῦ δεῖξῃ, διὸ ἐν κοιλίᾳ παρθένου  
ἐκ πνεύματος ἀγίου σαρκωθεὶς ἐβλάστησεν ἐν αὐτῇ καὶ φένδυς καὶ ὁσμὴ<sup>\*</sup>  
εὐωδίας εἰς κόσμον προελθών ἐφανερώθη. [...] Ἡσαΐας γὰρ λέγει· «Ἐξελεύ-  
σεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσοῦ [καὶ ἄνθος ἐξ αὐτῆς] ἀναβήσεται». Ἡ οὖν  
ῥίζα τοῦ Ἰεσσοῦ ἦν τῶν πατέρων γενεὰ ὡς ῥίζα ἐν γῇ πεφυτευμένη, ἡ δὲ  
ῥάβδος ἡ ἐξ αὐτῶν φανερωθεῖσα ἦν ἡ Μαρία, διὰ τὸ εἶναι ἐξ οἴκου καὶ πα-  
<sup>\*78</sup>τριῶν Δαχίδ. Τὸ δὲ ἄνθος τὸ ἐν αὐτῇ \*βλαστῆσαν ἦν ὁ Χριστός. [...]

Benedictio Isaac et Iacob. Dixit autem *ex germine, fili mi, ascen-  
disti*,<sup>1</sup> ut ostenderet Christi nativitatem, secundum carnem, qui in  
utero Virginis incarnatus ex Spiritu sancto, in ipsa germinavit et  
tamquam flos fragrans odoribus, mundo apparuit. [...] Isaias enim  
dicit: *Egredietur virga de radice Iesse et flos ex ea ascendit.*<sup>2</sup> Radix  
Iesse, Patrum progenies erat, quasi radix in terra fixa, virga vero,  
ex eis apparet, Maria est, quae de domo erat et stirpe David.  
Flos, in ipsa germinans, Christus est.

119

### ORIGENES (ca 185 † ca 254)

#### DE PRINCIPIIS (ca 225)

<sup>PG 11, 117</sup> Lib. I, 4. [...] Tum deinde quia Iesus Christus ipse qui venit,  
ante omnem creaturam natus ex Patre est. Qui cum in omnium  
conditione Patri ministrasset, *per ipsum enim omnia facta sunt*,<sup>3</sup>  
novissimis temporibus seipsum exinaniens homo factus incarnatus  
est cum Deus esset, et homo factus mansit quod erat Deus. Corpus  
assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens quod natum ex  
Virgine et Spiritu sancto est.

120

<sup>1</sup> Gen. XLIX, 9.

<sup>2</sup> Isa. XI, 1.

● PG 10, 601, 610, 680, 844, 845, 860, 864, 866.

● PG 16, 3138, 3297, 3315.

■ PG 10, 905, 920, 924, 941.

● PO 27, 6, 24, 108.

<sup>3</sup> Io. I, 3.

## CONTRA CELSUM (ca 248)

- 121** Lib. I, 34. 'Αλλ' ὀς, καὶ προφῆται προεῖπον, ἀπὸ παρθένου κατ' ἐπαγγε- PG 11, 725 λίαν σημείου γεννώσης τὸν ἐπώνυμον τοῦ πράγματος, δηλοῦντος, ὅτι τῇ γενέσει αὐτοῦ μετ' ἀνθρώπων ἔσται Θεός. Καὶ οἰκεῖόν γε φαίνεται μοι πρὸς τὴν τοῦ Ἰουδαίου προσωποποίαν παραθέσθαι τὴν τοῦ Ἡσαίου προφητείαν, λέγουσαν ἐκ παρθένου τεχθήσεσθαι τὸν Ἐμμανουὴλ· ἣν οὐκ ἔξεθετο, εἴτε μὴ ἐπιστάμενος, ὁ πάντ' ἐπαγγελόμενος εἰδέναι Κέλσος, εἴτ' ἀναγνούς μὲν, ἐκῶν δὲ σιωπήσας, ἵνα μὴ δοκοίη κατασκευάζειν ἄκων τὸν λόγον ἐναντιούμενον αὐτοῦ τῇ προαιρέσει. "Ἐχει δ' οὕτως ἡ λέξις· « Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἀχάζ λέγων· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου Θεοῦ σου εἰς βάθος, ἢ εἰς ὑψός. Καὶ εἶπεν Ἀχάζ· Οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδὲ οὐ μὴ πειράσω τὸν Κύριον. Καὶ εἶπεν· Ἀκούσατε δὴ οἶκος Δαυΐδ· μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις, καὶ πῶς Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; Διὰ τοῦτο δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον· Ἰδοὺ ἡ Παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ δόνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅπερ ἐρμηνεύεται· Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ». "Οτι δὲ κακουργῶν ὁ Κέλσος οὐκ ἔξεθετο τὴν προφητείαν, δῆλόν μοι γίνεται ἐκ τοῦ, παραθέμενον αὐτὸν πολλὰ ἀπὸ τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου, ὥσπερ τὸν ἀνατείλαντα ἀστέρα ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἄλλα τῶν παραδόξων,

- 121** Lib. I, 34. Verum, ut etiam prophetae praedixerunt, ex virgine PG 11, 726 (hoc enim promissum signum fuit) nasci debuit is, cuius nomen cum rebus gestis consentaneum fuit, et ex cuius ortu cognitum est Deum fore cum hominibus. Ac Iudei prosopopoeae opportune obiecturum me arbitror Isaiae vaticinium, quo praenuntiatum est Emmanuel ex virgine nasciturum. Illud non retulit Celsus, sive nescierit, quamvis omnia se scire profitetur, sive sciens volensque dissimulaverit, ut ne sententiam suo proposito adversam invitus astruere videretur. Sic autem habet: *Et adiecit Dominus loqui ad Achaz: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum, sive in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam et non tentabo Dominum. Et dixit: Audite ergo, domus David: nunquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis et Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretatur: Nobiscum Deus.*<sup>1</sup> Hoc autem vaticinium a Celso fuisse malo animo praetermissum hinc mihi perspicuum est, quod, quamvis multa ex Matthaei Evangelio, ut exhortam in Iesu nativitate stellam aliaque miracula me-

<sup>1</sup> Isa. VII, 10 ss.

μηδὲ τὴν ἀρχὴν τούτου ἐμνημονευκέναι. Ἐὰν δὲ Ἰουδαῖος εὐρεσιλογῶν, τὸ « Ἰδοὺ ἡ παρθένος », μὴ γεγράφθαι λέγη, ἀλλ’ ἀντ’ αὐτοῦ, « Ἰδοὺ ἡ νεᾶνις ». φήσομεν πρὸς αὐτόν, ὅτι ἡ μὲν λέξις ἡ « Ἀαλμά », ἦν οἱ μὲν Ἐβδομήκοντα μετειλήφασι πρὸς τὴν « παρθένον », ἄλλοι δὲ εἰς τὴν « νεᾶνιν », κεῖται, ὡς φασι, καὶ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ἐπὶ « παρθένου », οὗτως ἔχουσα· « Ἐὰν δὲ γένηται παῖς παρθένος μεμνηστευμένη ἀνδρί, καὶ εὑρὼν αὐτὴν ἀνθρωπὸς ἐν πόλει κοιμηθῆじ μετ’ αὐτῆς, καὶ ἔξαξετε ἀμφοτέρους ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως αὐτῶν, καὶ λιθοβοληθήσονται λίθοις καὶ ἀποθανοῦνται· τὴν νεᾶνιν, ἐπὶ λόγου, \* διότι οὐκ ἔδόησεν ἐν τῇ πόλει καὶ τὸν ἀνθρωπὸν, ἐπὶ λόγου, διότι ἐταπείνωσε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίου αὐτοῦ ». Καὶ ἔξῆς· « Ἐὰν δὲ ἐν πεδίῳ εύρῃ ἀνθρωπὸς τὴν παιᾶντα τὴν μεμνηστευμένην, καὶ βιασάμενος αὐτὴν ὁ ἀνθρωπὸς κοιμηθῆじ μετ’ αὐτῆς, ἀποκτενεῖτε τὸν ἀνθρωπὸν τὸν κοιμώμενον μετ’ αὐτῆς μόνον· καὶ τῇ νεάνιδι οὐ ποιήσετε οὐδέν· οὐκ ἔστι τῇ νεάνιδι ἀμάρτημα θανάτου ».

\*728

35. Ἰνα δὲ μὴ δοκῶμεν ἀπὸ λέξεως Ἐβραϊκῆς τοῖς μὴ καταλαμβάνουσι πότερον συγκαταθετέον αὐτῇ ἡ μή, φέρειν παραμυθίαν περὶ τοῦ, προφήτην εἰρηκέναι ἐκ παρθένου τεχθῆσθαι τοῦτον, ἐπ’ οὗ τῇ γενέσει λέλεκται τὸ « Μεθ’ ἡμῶν ὁ Θεός » φέρε, ἐπ’ αὐτῆς τῆς λέξεως παραμυθησώμεθα τὸ λεγόμενον. Ο μὲν Κύριος ἀναγέγραπται εἰρηκέναι τῷ Ἀχάζ· « Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου εἰς βάθος ἡ εἰς ὕψος. » Ἐξῆς

\*727

moraverit, de illo ne verbum quidem faciat. Quod si Iudaeus de voce rixari volet negabitque scriptum esse: « Ecce virgo », sed « Ecce adolescentula »; dicemus vocem *Aalma*, quam septuaginta Interpretes per *virginem*, alii per *adolescentulam* verterunt, in Deuteronomio, ut aiunt, reperiri, ut *virginem* significet. Sic enim ibi: *Si puellam virginem desponderit vir, et invenerit eam aliquis in civitate et concubuerit cum ea, educetis utrumque ad portam civitatis illius, et lapidibus obruentur et necabuntur: adolescentula, quia non clamavit cum esset in civitate; vir, quia humiliavit uxorem proximi sui.*<sup>1</sup> Et \* deinceps: *Sin autem in agro repererit vir puellam, quae despontata est, et apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus, puella nihil patietur, nec est rea mortis.*<sup>2</sup>

35. At ne videamus hebraicam adhibere vocem, ut iis, qui an huic assentiendum sit necne, nesciunt, persuadeamus ex virgine ortum, de cuius generatione dictum est, *Nobiscum Deus*, a propheticis fuisse pronuntiatum; age ex ipsismet verbis quod dicitur astruamus. Narratur Dominus dixisse Achaz: *Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum sive in excelsum.* Sequitur signum datum,

<sup>1</sup> Deut. XXII, 23, 24.

<sup>2</sup> Deut. XXII, 26.

δὲ τὸ διδόμενον σημεῖον, τὸ « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἔξει, καὶ τέξεται υἱόν ». Ποῖον οὖν σημεῖον τὸ νεάνιδα μὴ παρθένον τεκεῖν; Καὶ τίνι μᾶλλον ἀρμόζει γεννῆσαι Ἐμμανουὴλ, τουτέστι « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός »· ἀρα γυναικὶ συνουσιασθείσῃ, καὶ διὰ πάθους γυναικείου συλλαβούσῃ, ἢ ἔτι καθαρῷ καὶ ἀγνῇ παρθένῳ; ταύτη γὰρ πρέπει γεννᾶν γέννημα, ἐφ' ὃ τεχθέντι λέγεται τὸ « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός ». Ἐὰν δὲ καὶ οὕτως εὑρεσιλογῇ λέγων, ὅτι τῷ Ἀχαζ εἰρηται, « Αἴτησαι σεωυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου »· ἀπαιτήσομεν, κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ Ἀχαζ τίς ἐγένησεν, ἐφ' οὗ τῇ γενέσει λέγεται τὸ « Ἐμμανουὴλ », ὃ ἐστι· « Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός »; Εἰ γὰρ οὐδεὶς εὑρεθήσεται, δηλονότι τὸ τῷ Ἀχαζ εἰρημένον τῷ οἰκῳ εἰρηται Δαυὶδ, διὰ τὸ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ ἀναγεγράφθαι τὸν Σωτῆρα γεγονέναι τὸ κατὰ σάρκα. Ἀλλὰ καὶ τὸ σημεῖον τοῦτο « εἰς βάθος ἢ εἰς ὑψος » λέγεται εἶναι, ἐπειὶ « ὁ καταβάς, οὔτος ἐστι καὶ ὁ ἀναβάς ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα ». Ταῦτα δὲ λέγω, ὡς πρὸς τὸν Ἰουδαῖον συγκατατιθέμενον τῇ προφητείᾳ. Λεγέτω δὲ καὶ Κέλσος ἢ τις τῶν σὺν αὐτῷ, ποιῷ νῷ δὲ προφήτης περὶ μελλόντων ἢ ταῦτα ἢ ἔτερα λέγει, δόποσα ἀναγέγραπται ἐν ταῖς προφητείαις; Ἄρα γὰρ προγνωστικῷ μελλόντων, ἢ οὐ; εἰ μὲν γὰρ προγνωστικῷ μελλόντων, θεῖον εῖχον Πνεῦμα οἱ προφῆται· εἰ δὲ οὐ προ-

nempe: *Ecce virgo concipiet et pariet filium.* Ecquod autem signum est parere puellam non virginem? Et utri mulieri magis convenit genuisse Emmanuel aut Nobiscum Deum, ei, quae virum experta solito feminarum more conceperit; an illi, quae pura et intacta virgo concepit? Certe hanc magis decet generare prolem de qua nata dicatur: *Nobiscum Deus*. Si quis cavilletur dictum esse Achaz: *Pete tibi signum a Domino Deo tuo;* interrogabimus quis temporibus Achaz genuerit prolem de qua nata dictum sit, *Emmanuel*, quod est, *Nobiscum Deus*. Quod si nullus inveniatur, manifestum est id quod dictum fuit Achaz, domui David dictum fuisse; quia Scripturae testantur Salvatorem secundum carnem ex Davidis semine natum esse.<sup>1</sup> Signum autem dicitur *in profundum aut in excelsum* esse petendum, propterea quod *qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes coelos, ut impleret omnia*.<sup>2</sup> Atque haec dico quasi rem habens cum Iudeo qui prophetiae adiungit fidem. Dicat vero Cel-sus aut aliquis eius sodalium, qua mente propheta de futuris haec aliave in prophetiis scripta praedicat, praesagane futurorum annon? Nam si praescia futurorum, divinum Spiritum habebant prophetae: sin futurorum ignara, explicet quodnam mentis genus habeat, qui

<sup>1</sup> Io. VII, 42.

<sup>2</sup> Ephes. IV, 10.

γνωστικῷ μελλόντων, παραστησάτω τὸν νοῦν τοῦ ἀποτολμῶντος καὶ λέγοντος περὶ μελλόντων, καὶ θαυμαζομένου παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐπὶ προφητείᾳ.

<sup>PG</sup> 11, 904 Lib. II, 69. [...] Ἐδει γὰρ τὸν μὴ τοῖς λοιποῖς νεκροῖς δόμοιν, ἀλλὰ 122

ζωτικὰ σημεῖα καὶ ἐν τῇ νεκρότητι δείξαντα τὸ ὄδωρ καὶ τὸ αἷμα, καὶ καινὸν (ἴν' οὕτως ὀνομάσω), ὅντα νεκρόν, ἐν καινῷ καὶ καθαρῷ γενέσθαι μνημείῳ, ἵν', ὁσπερ ἡ γένεσις αὐτοῦ καθαρωτέρα πάσης γενέσεως ἦν, τῷ μὴ ἀπὸ μίξεως, ἀλλ' ἀπὸ παρθένου γεννηθῆναι, οὕτω καὶ ἡ ταφὴ ἔχῃ τὴν καθαρότητα, διὰ τοῦ συμβολικοῦ δηλουμένην ἐν τῷ ἀποτεθεῖσθαι αὐτοῦ τὸ σῶμα ἐν μνημείῳ καινῷ ὑφεστῶτι, οὐκ ἐκ λογάδων λίθων \*οἰκοδομηθέντι, καὶ τὴν ἔνωσιν οὐ φυσικὴν ἔχοντι, ἀλλ' ἐν μιᾷ καὶ δι' ὅλων ἡνωμένη πέτρᾳ λατομητῇ καὶ λαξευτῇ.

<sup>PG</sup> 11, 952 Lib. III, 25. [...] Τὸ γὰρ γεγεννημένον ἀπὸ τῆς Παρθένου σῶμα ἦν 123  
ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης ὄλης συνεστηκός, δεκτικὸν τῶν ἀνθρωπίνων τραυμάτων καὶ θανάτου.

<sup>PG</sup> 11, 1408 Lib. VI, 73. [Ο Κέλσος] ἐξῆς ταυτολογῶν, μετὰ τὸ πολλὰ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰπεῖν, καὶ χλευάσαι τὴν ἐκ Παρθένου γέννησιν τοῦ Θεοῦ, πρὸς ἦν κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἀπηντήσαμεν, φησιν· «Εἰ δ' ἐθεύλετο πνεῦμα ἐξ ἑαυτοῦ καταπέμψαι, τί ἐδεῖτο εἰς γυναικὸς γαστέρα ἐμπνεῖν; Ἐδύνατο γὰρ ἥδη πλάσσειν ἀνθρώπους εἰδώς, καὶ τούτῳ περιπλάσαι σῶμα, καὶ μὴ τὸ ἴδιον πνεῦμα εἰς τοσοῦτον μίασμα ἐμδαλεῖν· οὕτως μέντ' ἀν οὐδὲν ἡπιστεῖτο, εἰ

tam audacter de futuris rebus pronuntiat, et qui prophetiis in sui admirationem Iudeos rapit.

<sup>PG</sup> 11, 903 Lib. II, 69. [...] Nimirum oportuit ut qui non erat reliquis mortuis similis, sed etiam mortuus sanguinis et aquae effusione signa vitae dederat, quique novus, ut ita dicam, erat mortuus, is in novo et puro sepulcro conderetur: ut quemadmodum nativitas eius quilibet alia purior fuit, quippe qui non ex utriusque sexus coniunctione, sed ex Virgine natus est; ita etiam sepultura haberet puritatem, cuius signum erat novum illud, in quo positum corpus eius fuit \* monumentum, non ex collectitiis lapidibus constructum, nec unum natura, sed in una et undecunque coniuncta petra exsculptum excisumque.

<sup>PG</sup> 11, 951 Lib. III, 25. [...] Quod enim ex Virgine natum est, id corpus erat ex humana materia constans, et quod humanis vulneribus esset mortique obnoxium.

<sup>PG</sup> 11, 1407 Lib. VI, 73. [Celsus] eadem iterans redit ad ortum Dei ex Virgine in quem iam supra multa disseruit dictieraque fudit quae pro viribus refutavimus. «Si volebat, inquit, ex seipso spiritum emittere, quid opus fuit ut illum in feminae uterum inspiraret? Iam enim homines efformandi peritus, potuit isti accommodare corpus, non vero pro-

δνωθεν εύθυς ἔσπαρτο. » Καὶ ταῦτ' εἶπεν, ἐπεὶ μὴ οἶδε τὴν καθαρὰν καὶ παρθενικὴν γέννησιν καὶ ἀπὸ μηδεμιᾶς φθορᾶς τοῦ μέλλοντος ὑπηρετήσα-  
σθαι τῇ ἀνθρώπων σωτηρίᾳ σώματος.

prium spiritum iniicere in tantam sordium sentinam. Si sic e superis proxime descendisset, nulla fuisse incredulitas ». Et haec dixit, quia nescivit quam purus et intaminatus fuerit e Virgine ortus corporis quod saluti hominum inserviturum erat.

#### IN GENESIM HOMILIAE

- 125 Homilia VIII, 9. [...] Christus Verbum Dei est, sed *Verbum caro factum est.*<sup>1</sup> PG 12, 209 Unum igitur in Christo de superioribus est, alterum ex humana natura et virginali utero susceptum.
- 126 Homilia XVII, 5. *Catulus leonis Iuda, de germine eius ascendit: recubans dormisti sicut leo, et sicut catulus leonis. Quis suscitabit eum?*<sup>2</sup> [...] PG 12, 257

Sed multo convenientius aptabitur huic loco mystica expositio, in qua catulus leonis Christus non solum tropice, verum etiam physice designatur: nam Physiologus de catulo leonis haec scribit quod cum fuerit natus tribus diebus et tribus noctibus dormiat, tum deinde patris fremitu vel rugitu tanquam tremefactus cubilis locus suscitet catulum dormientem. Iste catulus ergo ascendit ex germine: ex virgine enim natus est. Non ex semine, sed ex virgine, absque concubitu viri, et absque semine naturali nascitur Christus, velut virgultum sive ramus. In quo manifestissime et veritas carnis assumptae ex virgine declaratur in sacro sancto germine, et a contagio humani et carnalis seminis excusatur.

#### IN EXODUM HOMILIAE

- 127 Homilia VI, 1. [...] *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est,*<sup>3</sup> PG 12, 332 quasi non sufficeret: *honorificatus est*, sed addidit: *gloriose honorificatus est*. Evidem quantum possum coniicere, videtur mihi aliud esse glorificari, aliud gloriose glorificari. Nam Dominus meus Iesus Christus, cum carnem ex Virgine Maria pro salute nostra suscepit, glorificatus est quidem, quia venit quaerere quod per-

<sup>1</sup> Io. I, 14.

<sup>2</sup> Gen. XLIX, 9.

<sup>3</sup> Exod. XV, 1.

ierat,<sup>1</sup> non tamen gloriose glorificatus est. Dicitur enim de ipso,<sup>2</sup> quia *vidimus eum, et non habebat speciem neque decorum, et vultus eius ignobilis super filios hominum.* Glorificatus est et cum ad cruentem venit, et pertulit mortem.

## IN LEVITICUM HOMILIAE

<sup>P<sup>6</sup></sup><sub>12. 493</sub> Homilia VIII, 2. *Et locutus est, inquit.<sup>3</sup> Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel, et dices ad eos: Mulier quaecunque conceperit semen, et pepererit masculum, immunda erit septem diebus.*

128

Παρέλκειν δόξει τό· «Ἐὰν σπερματισθῇ, » προτασσόμενον τοῦ· «Καὶ τέκῃ ἄρσεν». Ἀλλ' ἐφίστημι μήποτε ἵνα προφητικῶς ἡ Μαρία οὐκ ἐκ τοῦ ἐσπερματίσθαι τεκοῦσα ἄρσεν, μὴ νομισθῇ ἀκάθαρτος εἶναι γεγεννηκυῖα τὸν Σωτῆρα, εἰρηται δόλον τοῦτο. Ἐδύνατο δὲ καὶ μὴ προσκειμένου τοῦ· «Ἐὰν σπερματισθῇ, » νοεῖσθαι μὴ οὖσα ἀκάθαρτος ἡ Μαρία. Οὐ γάρ ἀπλῶς ἦν γυνή, ἀλλὰ παρθένος.

non omnem mulierem quae peperisset, designaret immundam, sed eam quae concepto semine peperisset. Addi quoque ad hoc etiam illud potest, quod lex ista, quae de immunditia scribitur, ad mulieres pertinet. De Maria autem dicitur, quia virgo concepit, et peperit. Ferant ergo legis onera mulieres, virgines vero ab his habeantur imunes. Sed si nobis aliquis occurrat argutus, et dicat quia et Maria mulier in Scripturis nominatur: sic enim dicit Apostolus:<sup>4</sup> *Ubi autem venit plenitudo temporum, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret;* respondebimus ei, quia in hoc Apostolus mulierem non pro corruptela integritatis, sed pro sexus indicio nominavit; ut quia dicebat Filium Dei missum, simul et illud quod communi omnium ingressu in hunc mundum venisset, exponeret. Est porro et aetatis istud vocabulum, eius scilicet, qua feminino sexui de annis pubertatis exceditur, et ad id tempus, quo

Primo consideremus secundum historiam, si non videtur quasi ex superfluo additum «mulier quae suscepit semen, et pepererit masculum», quasi possit aliter masculum parere, nisi semine concepto. Sed non ex superfluo additur. Ad discretionem namque illius, quae sine semine concepit et peperit, istum sermonem pro caeteris mulieribus legislator adiecit: ut

<sup>1</sup> Matth. XVIII, 11.

<sup>2</sup> Isa. LIII, 2, 3.

<sup>3</sup> Levit. XII, 2.

<sup>4</sup> Galat. IV, 4.

habilis viro videatur esse, transitur. Sicut et e contrario vir appellatur is qui adolescentiae tempus excesserit, etiamsi uxorem nondum habeat, cuius vir esse dicatur; quo nomine appellari solent etiam hi, quos femineae admisionis macula nulla perstringit. Si ergo recte dicitur vir pro sola virili aetate, etiam is qui nullius admisionem feminae noverit: quomodo non eadem consequentia etiam virgo quae intemerata permansit, pro sola aetatis maturitate mulier nominatur? Denique et Abraham cum puerum mitteret Mesopotamiam in domum Bathuelis ut inde acciperet Isaac filio suo uxorem, et puer curiosius percontaretur, ait ad eum: *Quod si noluerit mulier sequi me, reducam filium tuum illuc?*<sup>1</sup> et non dixit, quod si noluerit virgo sequi me. Haec ergo dicta sint nobis de eo quod observavimus scriptum, quia non superfluo addidit legislator, *mulier si conceperit semen, et pepererit filium;*<sup>2</sup> sed esse exceptionem mysticam, quae solam Mariam a reliquis mulieribus segregaret, cuius partus non ex conceptione seminis, sed ex praesentia sancti Spiritus et virtute Altissimi fuerit.

129 Homilia XII, 4. [...] Scriptura dicit: *Nemo mundus a sorde, nec si unius diei fuerit vita eius.*<sup>3</sup> Hoc ipso ergo quod in vulva matris est positus, et quod materiam corporis ab origine paterni seminis sumit, in patre et in matre contaminatus dici potest. Aut nescis, quia cum quadraginta dierum factus fuerit puer masculus, offertur ad altare, ut ibi purificetur, tanquam qui pollutus fuerit in ipsa conceptione, vel paterni seminis, vel uteri materni? Omnis ergo homo in patre et in matre pollutus est, solus vero Iesus Dominus meus in hanc generationem mundus ingressus est, in matre non est pollutus. Ingressus est enim corpus incontaminatum. Ipse enim erat, qui et dudum per Salomonem dixerat: *Magis autem cum essem bonus, veni ad corpus incoinquinatum.*<sup>4</sup> Non est ergo contaminatus in matre, sed ne in patre quidem. Nihil enim Ioseph in generatione eius praeter ministerium praestitit et affectum. Unde et pro fideli ministerio, patris ei vocabulum Scriptura concessit. Sic enim Maria ipsa dicit in Evangelio: *Ecce ego et pater tuus dolentes quaerebamus te.*<sup>5</sup> Sic ergo solus est hic sacerdos magnus, qui neque in patre pollutus sit, neque in matre.

PG  
12, 539

<sup>1</sup> Gen. XXIV, 5.

<sup>2</sup> Levit. XII, 2.

<sup>3</sup> Iob. XIV, 4-5.

<sup>4</sup> Sap. VIII, 20.

<sup>5</sup> Lc. II, 48.

## IN NUMEROS HOMILIAE

<sup>PG  
12, 784</sup> Homilia XXXVII, 3. [...] Quod si intellexisti quantum sacramenti numerus iste descensionis ascensionisque contineat, veni iam, et incipiamus per ea, quae descendit Christus ascendere, et primam mansionem istam facere, quam ille novissimam fecit, scilicet, qui natus ex Virgine est: et haec sit prima nobis mansio de Aegypto exire volentibus, in qua, relicto idolorum cultu, et daemoniorum, non deorum, veneratione, credimus Christum natum ex Virgine, et de Spiritu saneto, et Verbum carnem factum venisse in hunc mundum.

## IN LIBRUM IESU NAVE HOMILIAE

<sup>PG  
12, 909</sup> Homilia XVII, 1. [...] Cecidit enim Ierusalem, cecidit templum, <sup>131</sup> altare sublatum est, uti iam neque in monte Garizim, neque in Ierosolymis sit locus ubi oportet adorare, sed veri adoratores qui adorant Patrem, in spiritu et \* veritate adorent.<sup>1</sup> Sic ergo praesente veritate, typus et umbra cessavit: et cum adesset templum, quod per Spiritum Dei et virtutem Altissimi in utero virginis fabricatum est, dirutum est templum ex lapidibus fabricatum.

## COMMENTARIA IN EVANGELIUM SECUNDUM MATTHAEUM (246)

<sup>PG  
13, 876</sup> Tomus X, 17. Τούτῳ πόθεν ἡ σοφία αὕτη; πλείονα σαφῶς ἐμφαίνει καὶ ἔξαίρετον σοφίαν τῶν λόγων τοῦ Ἰησοῦ, ἀξίαν τοῦ· «Καὶ ἴδον πλεῖον Σολομῶντος ὅδε», καὶ δυνάμεις μείζους ἐποίει τῶν ἐν Ἡλίᾳ καὶ ἐν Ἐλισσαίῳ, καὶ ἔτι πρότερον ἐν Μωϋσῇ, καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ. Ἐλεγον δὲ οἱ θαυμάζοντες, οὐκ εἰδότες αὐτὸν Παρθένου οὐδόν, οὐδὲ πιστεύοντες, εἰ καὶ ἐλέγετο, ἀλλ' ὑπολαμβάνοντες εἶναι Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος· «Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος οὗτός»; Καὶ

<sup>132</sup> Tomus X, 17. *Unde huic sapientia haec?*<sup>2</sup> magnam et eximiam sermonum Iesu sapientiam fuisse aperte ostendit, hoc elogio dignam: *Et ecce plus quam Salomon hic;*<sup>3</sup> et virtutes maiores fecit iis quae ab Elia et Eliseo factae sunt, et insuper antea a Moyse et Iesu filio Nave. Dicebant autem ii qui admirabantur, ignorantes ipsum Virginis esse filium, nec id quidem credentes, etiamsi iis diceretur, sed filium Ioseph fa-

<sup>1</sup> Io. IV, 23.

<sup>2</sup> Matth. XIII, 54.

<sup>3</sup> Matth. XII, 42.

ὅλην γε τὴν φαινομένην αὐτοῦ ἐγγυτάτῳ συγγένειαν ἔξευτελίζοντες, ἔφασκον τό· «Οὐχ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαριάμ; καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωσῆφ, καὶ Σίμων, καὶ Ἰουδας; Καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πρὸς ἡμᾶς εἰσιν;» "Ωντο οὖν αὐτὴν εἶναι Ἰωσῆφ καὶ Μαρίας υἱόν· τοὺς δὲ ἀδελφοὺς Ἰησοῦ, φασὶ τινες εἶναι, ἐκ παραδόσεως ὄρμώμενοι τοῦ ἐπιγεγραμμένου κατὰ Πέτρον Εὐαγγελίου, ἡ τῆς βίβλου \*'Ιακώβου, υἱοὺς Ἰωσῆφ ἐκ προτέρας γυναικός, συνφρενίας αὐτῷ πρὸ τῆς Μαρίας. Οἱ δὲ ταῦτα λέγοντες τὸ ἀξίωμα τῆς Μαρίας ἐν παρθενίᾳ τηρεῖν μέχρι τέλους βούλονται, ἵνα μὴ τὸ κριθὲν ἐκεῖνο σῶμα διακονήσασθαι τῷ εἰπόντι Λόγῳ· «Πνεῦμα ἄγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι», γνῷ κοίτην ἀνδρὸς μετὰ τὸ ἐπελθεῖν ἐν αὐτῇ Πνεῦμα ἄγιον, καὶ τὴν ἐπεσκιασθεῖσαν αὐτῇ δύναμιν ἔξ οὗσις. Καὶ οἷμαι λόγον ἔχειν, ἀνδρῶν μὲν καθαρότητος τῆς ἐν ἀρνείᾳ ἀπαρχὴν γεγονέναι τὸν Ἰησοῦν, γυναικῶν δὲ τὴν Μαριάμ. Οὐ γάρ εὑφημον, ἀλλην παρ' ἐκείνην τὴν ἀπαρχὴν τῆς παρθενίας ἐπιγράψασθαι.

fuisse Iesum; mulierum autem, Mariam. Impium enim est alii ac illi primitias virginitatis attribuere.

- 133 Tomus XVI, 12. [...] "Οχλου οὖν ἱκανοῦ τοῦ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν συνεκπορευομένου ἀπὸ τῶν κοσμικῶν τῷ Ἰησοῦ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Ἰσρα-

PG  
13, 1409

- 133 Tomus XVI, 12. [...] Ingenti ergo e gentibus multitudine, una cum Iesu, ipsiusque discipulis e rebus mundanis exeunte, Israeli-

PG  
13, 1410

bri existimantes: *Nonne hic est fabri filius?*<sup>1</sup> Et omnem quae ad illum proxime pertinere videbatur cognitionem contemnentes, dicebant illud: *Nonne mater eius dicitur Maria? Et fratres eius Iacobus, et Ioseph, et Simon, et Iudas? Et sorores eius nonne omnes apud nos sunt?*<sup>2</sup> Putabant igitur illum esse Iosephi et Mariae filium: fratres autem Iesu, filios esse Iosephi ex priore coniuge, quam ipse ante Mariam duxerit, affirmant nonnulli, ad id scilicet adducti\* traditione \*878 Evangelii quod secundum Petrum inserbitur, vel libri Iacobi. Qui vero id dicunt, Mariae dignitatem in virginitate ad finem usque volunt conservare, ne corpus illud electum ad ministrandum Verbo dicenti:<sup>3</sup> *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, viri concubitum cognosceret, postquam in illam supervenerat Spiritus sanctus, et virtus Altissimi illi obumbrans.* Ac existimo rationi consentaneum esse, virorum quidem munditiae quae in castitate est, primitias

PG  
13, 1409

<sup>1</sup> Matth. XIII, 55.

<sup>2</sup> Matth. XIII, 55-56.

<sup>3</sup> Lc. I, 35.

λιτικόν τι λεῖμμα παρὰ τὴν ὄδὸν καθεζόμενον, καὶ πενόμενον τοῖς νοήμασι, καὶ ἐπαιτοῦν τὰ εἰς τὴν χρείαν τῆς ψυχῆς, ἀκοῦσαν, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζαρηνός ἐστιν, ἔρχεται μέγα βοῶν, ἀξιοῦν τὸν Σωτῆρα, ὡς υἱὸν Δαυΐδ, ἔλεον αὐτῷ παρασχεῖν· καὶ ἐπάν τῇδε τῶν ἀπὸ \*Ιουδαίων πιστευόντων εἰς τὸν Ἰησοῦν περὶ τοῦ Σωτῆρος πίστιν, ὅτε μὲν ἐκ Μαρίας καὶ τοῦ Ἰωσὴφ οἰομένων αὐτὸν εἶναι, ὅτε δὲ ἐκ Μαρίας μὲν μόνης καὶ τοῦ θείου Πνεύματος, οὐ μήν καὶ μετὰ τῆς περὶ αὐτοῦ θεολογίας, ὅψει πῶς οὕτος ὁ τυφλὸς λέγει τό· «Γίδες Δαυΐδ, ἐλέησόν με», ὥς ἐπιτιμῶσιν οἱ πολλοί.

<sup>PG</sup>  
<sup>13, 1413</sup> [...] Εἴτα ἐπείπερ λέγοντι αὐτῷ· «Γίδες Δαυΐδ, ἐλέησόν με», ἐπετίμων <sup>134</sup> οἱ πολλοὶ ἵνα σιωπήσῃ, ζητῶ εἰ δύνασαι πολλοὺς μὲν εἰπεῖν ἐπιτιμῶντας ἵνα σιωπήσῃ, τῷ Ἐδιωναίῳ καὶ πτωχεύοντι περὶ τὴν εἰς Ἰησοῦν πίστιν, τοὺς ἀπὸ τῶν ἑθνῶν, οἵτινες παρ’ ὀλίγους ἀπαντες πεπιστεύκασιν αὐτὸν ἐκ παρθένου γεγενῆσθαι, καὶ ἐπιτιμῶσιν ἵνα σιωπήσῃ, τῷ οἰομένῳ αὐτὸν ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς εἶναι κατάγοντος τὸ γένος ἀπὸ τοῦ Δαυΐδ.

<sup>\*1411</sup> tiae \* quaedam secus viam sedentes reliquiae, cogitationum inopes, et animae necessaria mendicantes, cum Iesum Nazarenum esse audissent, magna voce clamantes, et Servatoris, tanquam filii David, misericordiam implorantes accedunt: et postquam Iudeorum in Iesum credentium fidem de Servatore perspexeris, qui nonnunquam eum e Maria et Iosepho natum, aliquando e Maria sola et Spiritu sancto, at neutiquam cum theologica ipsius cognitione existimabant, facile intelliges quomodo id dicat caecus:<sup>1</sup> *Fili David, miserere mei*, quem plurimi quidem increpant [...]

<sup>PG</sup>  
<sup>13, 1414</sup> [...] Deinde vero quoniam dicentem eum *Fili David, miserere mei*, increpabant multi ut taceret, quaero num plures illos increpantes eum qui Ebionaeus et fidei in Iesum inops est, ut taceat, gentiles esse dicere queas, qui, si paucos excipias, natum illum esse ex virgine persuasum habuerunt; eumque ut taceat increpant, qui eum e mulieris ac viri genus suum a Davide ducentis semine natum esse opinantur.

COMMENTARIORUM SERIES IN MATTHAEUM  
ALIAS TRACT. XXIII

<sup>PG</sup>  
<sup>13, 1631</sup> 25. [...] Venit ad nos quaedam traditio talis, quasi sit aliquis locus in templo ubi virginibus quidem consistere licet, et orare Deum; expertae autem torum virilem, non permittebantur in eo consistere. Maria autem postquam genuit Salvatorem, ingrediens adorare stetit in illo virginum loco: prohibentibus autem eis qui noverant eam iam filium genuisse, Zacharias stetit, atque dixit

<sup>1</sup> Matth. XX, 30.

prohibentibus eam, quoniam digna est virginum loco, cum sit adhuc virgo.

**136** 50. [...] *Deus superexaltavit eum, et donavit illi nomen quod est super omne nomen.*<sup>1</sup> Non solum autem exaltavit eum secundum spiritum, sed etiam secundum corpus, ut per omnia sit exaltatus. Et corpus quod suscepit de virtute Altissimi, et de Virgine huiusmodi ministerium ministrante, debebat honorari ut et super talibus nubibus veniret.

#### HOMILIAE IN LUCAM (234)

**137** Homilia VI. [Elisabeth] abscondebat se mensibus quinque: non usque ad nonum mensem, donec partus ingrueret, sed usquequo conciperet Maria. Quando enim illa concepit, et venit ad eam, et facta est salutatio in aures eius, exsultavit in gaudio infans in utero Elisabeth, et prophetavit Spiritu sancto plena, et locuta est quae evangelicus sermo describit: *Et diffamata sunt super omnem montanam verba haec.*<sup>2</sup> Quando enim in populo rumor egressus est habere eam in utero prophetam, et aliquid maius esse homine qui gestabatur a Virgine, tunc non absconditur, sed tota libertate se prodit, et exsultat se habere Praecursorem in utero Salvatoris. Deinde Scriptura commemorat, quod *mense sexto conceptus Elisabeth missus sit angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilaeae, cuius nomen Nazareth, ad virginem despensatam viro, cui nomen Ioseph de domo David, et nomen virginis, Maria.*<sup>3</sup> Rursum in mea mente volvens quaero, quare Deus, cum semel Salvatorem iudicaret nasci ex virgine, non elegit puellam absque sponso, sed eam potissimum quae iam fuerat despensata. Et nisi fallor, haec causa est. Debuit de ea virgine nasci, quae non solum sponsum haberet, sed, ut Matthaeus scribit,<sup>4</sup> iam viro tradita fuerat, licet eam vir needum nosset, ne turpitudinem virginis habitus ipse monstraret, si virgo videretur utero tumenti. Unde \* eleganter in cuiusdam martyris epistola scriptum reperi, Ignatum dico episcopum Antiochiae post Petrum secundum, qui in persecutione Romae pugnavit ad bestias: Principem saeculi huius latuit virginitas Mariae: latuit propter Ioseph: latuit propter nuptias: latuit quia virum habere putabatur. Si enim non habuisset sponsum, et ut putabatur, virum, nequaquam potuisset principi mundi huius abscondi. Statim enim cogitatio diaboli tacita sub-

PG  
13, 1676

PG  
13, 1814

\*1815

<sup>1</sup> Philipp. II, 9.

<sup>2</sup> Lc. I, 65.

<sup>3</sup> Lc. I, 26, 27.

<sup>4</sup> Matth. I, 18.

repsisset: quomodo ista, quae non concubuit cum viro, praegnans est? Debet iste conceptus esse divinus, debet aliquid humana natura esse sublimius. E contrario disposuerat Salvator, dispensationem suam et assumptionem corporis ignorare diabolum: unde et in generatione sua celavit eam; et discipulis postea praecipiebat, ne manifestum eum facerent. Et cum ab ipso diabolo tentaretur, nusquam confessus est Dei se esse Filium, sed tantummodo respondebat: Non oportet ut adorem te, nec ut lapides istos panes faciam, ut me de alto praecipitem.<sup>1</sup> Et cum ista diceret, tacuit semper se esse Filium Dei.

<sup>PG</sup>  
13, 1815 [...] Quia vero angelus novo sermone Mariam salutavit, quem in omni Scriptura invenire non potui, et de hoc pauca dicenda sunt. 138

\*1816 Id enim quod \* ait: *Ave, gratia plena*, quod graece dicitur, *κεχαριτωμένη*, ubi in Scripturis alibi legerim non recordor; sed neque ad virum istiusmodi sermo est, *Salve, gratia plena*. Soli Mariae haec salutatio servatur. Si enim scisset Maria et ad alium quempiam similem factum esse sermonem, habebat quippe legis scientiam, et erat sancta, et prophetarum vaticinia quotidiana meditatione cognoverat, nunquam quasi peregrina eam salutatio terruisset. Propter quod loquitur ei angelus: *Ne timeas, Maria, invenisti enim gratiam coram Domino. Ecce concipies in utero, et paries filium, et vocabis nomen eius Iesum. Is erit magnus, et Filius Altissimi vocabitur.*<sup>2</sup> Dicitur et de Ioanne, *erit magnus*: et hoc ipsum Gabriel angelus contestatur; sed quando venit Iesus vere magnus, vere sublimis, ille qui prius magnus fuerat, minor effectus est.

<sup>PG</sup>  
13, 1817 Homilia VII. Meliores ad deteriores veniunt, ut eis ex adventu suo aliquid tribuant emolumenti. Sic et Salvator venit ad Ioannem, ut sanctificaret baptisma illius: et Maria statim ut audivit angelum nuntiantem, quod conceperit Salvatorem, et quod cognata illius Elisabeth haberet in utero, consurgens cum festinatione venit in montana, et ingressa est domum Elisabeth. Iesus vero, qui in utero illius erat, festinabat adhuc in ventre matris Ioannem positum sanctificare. Denique antequam veniret Maria et salutaret Elisabeth, non exsultavit infans in utero: sed statim ut Maria locuta est verbum, quod Filius Dei in ventre matris suggesserat, exsultavit infans in gaudio, et tunc primum praecursorem suum prophetam fecit Iesus. Oportebat quoque Mariam cum Dei prole dignissima, post alloquium Dei, ad montana descendere, et in sublimioribus commorari. Unde et scriptum est: *Consurgens Maria in diebus illis,*

<sup>1</sup> Matth. IV, 1-10.

<sup>2</sup> Lc. I, 31-32.

*venit in montana.*<sup>1</sup> Debuerat etiam, cum esset sollicita, non pigra, properare sollicitudine, et Spiritu sancto plena ad sublimiora perduci, et virtute Dei protegi, a qua fuerat obumbrata. *Venit ergo in civitatem Iudee, et in domum Zachariae, et salutavit Elisabeth.* Factum est cum audisset salutationem Mariae Elisabeth, exsultavit infans in utero eius, et repleta est Spiritu sancto.<sup>2</sup> Non est itaque dubium quin quae tunc repleta est Spiritu sancto, propter filium sit repleta. Neque enim mater primum Spiritum sanctum meruit, sed cum Ioannes adhuc clausus in utero Spiritum sanctum receperisset, tunc et illa post sanctificationem filii repleta est Spiritu sancto. Poteris hoc credere, si simile quid etiam de Salvatore cognoveris. Invenitur beata Maria, sicut in aliquantis exemplaribus reperimus, prophetare. Non enim ignoramus, quod secundum alios codices et haec verba Elisabeth vaticinetur. Spiritu itaque sancto tunc repleta est Maria, quando coepit in utero habere Salvatorem. Statim enim ut Spiritum sanctum accepit, Dominici corporis conditorem, et Filius Dei esse coepit in utero, etiam ipsa completa est Spiritu sancto. *Exsultavit ergo \*infans in utero Elisabeth, et repleta est Spiritu sancto, et clamavit voce magna et dixit:*<sup>3</sup>

\*1818

*Benedicta tu inter mulieres.* Debemus in hoc loco, ne simplices quique decipientur, ea quae solent opponere haeretici, confutare. In tantam quippe nescio quis prorupit insaniam, ut assereret negatam fuisse Mariam a Salvatore, eo quod post nativitatem illius iuncta fuerit Ioseph: et locutus est, quae quali mente dixerit ipse neverit qui locutus est. Si quando igitur haeretici vobis tale quid obiecerint, respondete eis, et dicite: Certe Spiritu sancto plena Elisabeth ait: *Benedicta tu inter mulieres.* Si sancto Spiritu benedicta canitur Maria, quomodo eam Salvator negavit? Porro quod asserunt eam nupsisse post partum, unde approbent non habent. Hi enim filii, qui Ioseph dicebantur, non erant orti de Maria, neque est ulla Scriptura quae ista commemoret. *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.* Et unde mihi hoc, ut veniat Mater Domini mei ad me?<sup>4</sup> Quod ait: *Unde mihi hoc, non ignorans dicit:* et maxime Spiritu sancto plena, quasi nesciat quod iuxta Dei voluntatem Mater Domini venerit ad eam; sed isto sensu loquitur: Quid boni feci? Quae opera mea tanta sunt, ut Mater Domini ad me veniat? Per quam iustitiam, ex quibus bonis, de qua fidelitate mentis

<sup>1</sup> Lc. I, 39.<sup>2</sup> Lc. I, 40-41.<sup>3</sup> Lc. I, 42.<sup>4</sup> Lc. I, 42.

hoc merui, ut Mater Domini mei veniat ad me? *Ecce enim ut facta est salutatio tua in aures meas, exsultavit in exsultatione infans in utero meo.*<sup>1</sup> [...] Si tantum [homo] fuisset in Mariae utero et non Dei Filius, quomodo poterat fieri, ut et illo tempore et nunc, non solum corporum sed etiam animarum morbi multiplices curarentur?

PG  
13, 1819 Homilia VIII. Ante Ioannem prophetat Elisabeth, ante ortum

140

Domini Salvatoris prophetat Maria. Et quomodo peccatum coepit a muliere, et deinceps ad virum usque pervenit: sic et principium salutis a mulieribus habuit exordium, ut caeterae quoque mulieres, sexus fragilitate deposita, imitarentur vitam conversationemque sanctorum earum, quae vel maxime nunc in Evangelio describuntur. Videamus ergo vaticinium virginale. *Magnificat*, ait, *anima mea Dominum, et exsultavit spiritus meus in \*Deo salutari meo.*<sup>2</sup>

\*1820 Duae res, anima scilicet et spiritus, duplici laude funguntur. Anima Dominum praedicat, spiritus Deum. Non quod alia laus Domini, alia Dei sit; sed quia qui Deus est, idem et Dominus est: et qui Dominus est, idem et Deus sit. Quaeritur quomodo magnificet Dominum. Si enim Dominus nec augmentum, nec decrementum, recipere potest, et quod est, est: qua ratione nunc Maria loquitur: *Magnificat anima mea Dominum?* Si considerem Dominum Salvatorem imaginem esse invisibilis Dei,<sup>3</sup> et videam animam meam factam ad imaginem Conditoris, ut imago esset imaginis; neque enim anima mea specialiter imago est Dei, sed ad similitudinem imaginis prioris effecta est: tunc videbo quoniam in exemplum eorum, qui solent imagines pingere, et uno (verbi causa) vultu regis accepto ad principalem similitudinem exprimendam artis industriam commendare, unusquisque nostrum ad imaginem Christi formans animam suam, aut maiorem ei, aut minorem ponit imaginem, vel obsoletam, vel sordidam, aut claram, atque lucentem, et splendentem ad effigiem imaginis principalis. Quando igitur grandem fecero imaginem imaginis, id est, animam meam, et magnificavero eam opere, cogitatione, sermone, tunc imago Dei grandis efficitur, et ipse Dominus, cuius imago est in nostra anima, magnificatur. Et quomodo crescit Dominus in nostra imagine, sic si peccatores fuerimus, minuitur atque decrescit.

\*1821 [...] Anima itaque Mariae primum magnificat Dominum, et postea exsultat in Deo. Nisi enim antea crederemus, exsultare \* non possemus. *Quia respexit*, inquit, *in humilitatem ancillae suae*. In quam humilitatem Mariae respexit Dominus? Quid habebat Mater

<sup>1</sup> Lc. I, 44.

<sup>2</sup> Lc. I, 46-47.

<sup>3</sup> Coloss. I, 15.

Salvatoris humile atque deiectum, quae Dei Filium gestabat in utero? Quod ergo dicit: *Respexit in humilitatem ancillae suae*, tale est quasi dixerit: Respexit in iustitiam ancillae suae, respexit in temperantiam, respexit in fortitudinem atque sapientiam. Dignum quippe est, ut virtutes respiciat. Respondeat aliquis et dicat: Intelligo quomodo Deus iustitiam ancillae suae sapientiamque respiciat; quomodo autem intendat humilitatem, non satis liquet. Consideret qui quaerit talia, quoniam proprie in Scripturis una de virtutibus humilitas praedicetur. Ait quippe Salvator: *Discite a me quia mansuetus sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris.*<sup>1</sup> [...] Respexit super humilitatem ancillae suae. Humilem me, inquit, et mansuetudinis sectantem deiectionisque virtutem respexit Deus. *Ecce enim amodo beatam me dicunt omnes generationes.*<sup>2</sup> Si simpliciter intelligam omnes generationes, super credentibus illud interpretor. Si autem altius aliquid fuero scrutatus, animadvertistam quanti profectus sit dicere: *Quia fecit mihi magna qui est potens*: quoniam *omnis qui se humiliat exaltabitur*.<sup>3</sup> Respexit autem Deus in humilitatem beatae Mariae, propterea fecit illi magna qui potens est *et sanctum nomen eius*. *Et misericordia eius in generationes generationum*. Misericordia Dei non in unam generationem, nec in duas, neque in tres, sed nec in quinque, verum in sempiternum extenditur in generationes generationum, timentibus potentiam eius. *Fecit virtutem in brachio suo*. Licet infirmus ad Dominum accesseris, si timueris eum, audire poteris reprobationem quam tibi ob timorem tuum Dominus pollicetur. Quae est ista reprobatio? Timentibus, inquit, se fecit virtutem. Virtus, sive imperium, potestas est regia. Etenim *χράτος* quod nos *imperium* possumus appellare, ab eo dicitur \*quod imperet, sive sub se universa contineat.

\*1822

PG  
13, 1822

141

Homilia IX. Tam eorum quae dicta sunt, quam illorum quae facta referuntur, debet ratio esse sancto Spiritu digna, et Christi fide, ad quam credentes vocamur. Unde et nunc causa quaerenda est, quare Maria post conceptum venerit ad Elisabeth, et manserit cum ea mensibus tribus, aut quid causae fuerit, ut Lucas, qui Evangelii scribebat historiam, etiam hoc scriberet, quod manserit cum ea mensibus tribus, et postea regressa sit in domum suam. Utique debet aliqua esse ratio, quam, si Dominus aperuerit cor nostrum, sequens sermo monstrabit. Si enim eo quod tantum venit Maria ad Elisabeth, et salutavit eam, exsultavit infans in gaudio, et Spiritu sancto plena Elisabeth prophetavit ea quae in Evangelio scripta

<sup>1</sup> Matth. XI, 29.<sup>2</sup> Le. I, 48.<sup>3</sup> Le. XVIII, 14.

sunt, et in una hora tantos profectus habuit, nostrae coniectuae relinquitur, quid in tribus mensibus Ioannes profecit, assistente Maria Elisabeth. Valde quippe indignum est in puncto horae atque momento exsultare infantem, et quodammodo gaudio lascivisse, repletamque esse Spiritu sancto Elisabeth: per tres vero menses, nec Ioannem, nec Elisabeth, ex vicina Matris Domini et ipsius Salvatoris praesentia profecisse. Exercebatur ergo, et quodammodo in athletico a sancta matre, per tres menses urgebatur Ioannes, et praeparabatur in matris utero, ut mirabiliter natus, mirabilius nutriretur.

<sup>PG</sup>  
13, 1823 Homilia X. [Zacharias] *Repletus enim Spiritu sancto prophete-  
tavit dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit et fecit  
redemptionem plebis suae.*<sup>1</sup> 142

<sup>\*1824</sup> \* mansit Maria cum Elisabeth, postquam ei locutus  
est angelus, mensibus tribus, ut per ineffabilem quamdam virtutem,  
non solum Ioannem, sicut dudum diximus, sed etiam Zachariam,  
ut nunc evangelicus sermo declarat, praesens Salvator instrueret.  
Paulatim quippe et hic per tres menses sancti Spiritus augmenta-  
capiebat, et cum nesciret erudiebatur, et de Christo prophetavit  
dicens: *Qui dedit redemptionem populo suo, et suscitavit cornu salutis  
nobis in domo David,*<sup>2</sup> in qua secundum carnem natus est Christus.

<sup>PG</sup>  
13, 1834 Cum iam impleti essent dies purgationis eorum secundum legem  
*Moysi, duxerunt eum in Ierosolymam.*<sup>3</sup> Propter purgationem, inquit,  
*eorum. Quorum eorum?* Si scriptum esset « propter purgationem eius »,  
id est, Mariae, quae pepererat, nihil quaestionis oriretur; et audacter  
diceremus Mariam, quae homo erat, purgatione indiguisse post  
partum...

<sup>PG</sup>  
13, 1836 [...] *Omne, inquit, masculinum quod aperit vulvam.* Sacratum  
quidpiam sonat. Quemcumque enim de utero effusum marem dixeris,  
non sic aperit vulvam matris suae, ut Dominus Iesus, quia  
omnium mulierum non partus infantis, sed viri coitus vulvam re-  
serat. Matris vero Domini eo tempore vulva reserata est, quo et  
partus editus, quia sanctum uterum et omni dignatione veneratio-  
<sup>\*1837</sup> nis \* venerandum ante nativitatem Christi masculus omnino non  
tetigit. Audeo quid loqui, quia et in eo quod scriptum est: *Spiritus  
Dei veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit te,*<sup>4</sup> principium se-  
minis et conceptus fuerit, et sine vulvae reseratione novus in utero

<sup>1</sup> Lc. I, 67-68.

<sup>2</sup> Lc. I, 69.

<sup>3</sup> Lc. II, 22.

<sup>4</sup> Lc. I, 35.

fetus adoleverit. [...] *Par turturum aut duos pullos columbarum.*<sup>1</sup> Novum quid forsitan videar inferre, sed pro maiestate parum dignum. Sicut nova fuit generatio Salvatoris, non ex viro et muliere, sed ex sola tantum Virgine, sic et par turturum et duo pulli columbarum non fuerunt tales oculis carnis aspicimus, sed quales Spiritus Sanctus est, qui in specie columbae descendit.

145 Homilia XVII. Lucas qui scripsit: *Spiritus sanctus veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, propter hoc et quod natum fuerit sanctum, vocabitur Filius Dei;*<sup>2</sup> et qui manifeste nobis tradidit, quoniam Virginis filius Iesus est, nec de humano conceptus est \* semine: iste patrem eius Ioseph testatus est, dicens: *Erant pater illius et mater admirantes super his quae dicebantur de eo.*<sup>3</sup> Quae igitur causa exstitit, ut eum qui pater non fuit, patrem esse memoraret? Qui simplici expositione contentus est, dicit: Honoravit eum Spiritus sanctus Patris vocabulo, quia nutrierat Salvatorem. Qui autem altius aliquid inquirit, potest dicere: quia generationis ordo a David usque ad Ioseph deducitur,<sup>4</sup> et ne videretur frustra Ioseph nominari, qui pater non fuerat Salvatoris, ut generationis ordo haberet locum: pater appellatus est Domini.

146 [...] *Et in signum cui contradicetur.*<sup>5</sup> Omnibus quae narrat historia de Salvatore, contradicuntur. Virgo mater est, cui contradicuntur. Marcionitae contradicunt huic signo, et aiunt, penitus eum de muliere non esse generatum. Ebionitae contradicunt signo, dicentes ex viro et muliere ita natum esse, ut nos quoque nascimur. Habuit corpus humanum, et hoc signum est cui contradicuntur. Alii enim dicunt, eum venisse de coelis: alii, tale quale nos corpus habuisse, ut per similitudinem corporis etiam nostra corpora redimeret a peccatis, et daret nobis spem resurrectionis.

147 [...] Simeon ait: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.*<sup>6</sup> PG  
13, 1845 Quis est iste gladius, qui non aliorum tantum, sed etiam Mariae cor pertransit? Aperte scribitur, quod in tempore passionis omnes sint apostoli scandalizati, ipso quoque Domino dicente: *Omnes vos scandalizabimini in nocte hac.* Ergo scandalizati sunt universi, in tantum ut Petrus quoque apostolorum princeps tertio denegarit. Quid? Putamus quod, scandalizatis apostolis, Mater Domini a scan-

<sup>1</sup> Lc. II, 24.

<sup>2</sup> Lc. I, 35.

<sup>3</sup> Lc. I, 33.

<sup>4</sup> Matth. I, 16.

<sup>5</sup> Lc. II, 34.

<sup>6</sup> Lc. II, 35.

<sup>7</sup> Matth. XXVI, 31.

dalo fuerit immunis? Si scandalum in Domini passione non passa est, non est mortuus Iesus pro peccatis eius. Si autem omnes peccaverunt, et egent gloria Dei, iustificati gratia eius et redempti, utique et Maria illo tempore scandalizata est. Et hoc est quod nunc Simeon prophetat, dicens: *Et tuam ipsius animam; quae scis absque viro peperisse te Virginem, quae audisti a Gabriele: Spiritus sanctus veniet super te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, pertransibit infidelitatis gladius, et ambiguitatis mucrone ferieris, et cogitationes tuae te in diversa lacerabunt, cum videris illum, quem Filium Dei audieras, et sciebas absque semine viri esse generatum, crucifigi et mori, et suppliciis humanis esse subiectum, et ad postremum lacrymabiliter conquerentem atque dicentem: Pater, si possibile est, pertranseat calix iste a me.*<sup>2</sup>

PG 13, 1850 Homilia XIX. [...] Cum ergo [...] duodecim esset annorum [...] 148 et reverterentur parentes [Iesu] remansit puer in Ierusalem, et nesciebant parentes eius. [...] Nec miremur parentes vocatos, quorum alter ob partum, alter ob obsequium, patris et matris meruerunt vocabula. Sequitur: *Dolentes, inquit, quaerebamus te.*<sup>3</sup> Non puto eos idecirco doluisse, quia putarent errasse puerum, vel periisse: nec poterat accidere, ut Maria, quae sciebat se de Spiritu sancto concepisse, quae et angelum loquentem, et currentes pastores, et Simeonem audierat prophetantem, timeret, ne puerum perderet obrarantem. Amove hanc opinionem maxime de Ioseph, cui ab angelo praeceptum fuerat, ut tolleret puerum, et in Aegyptum pergeret; qui audierat: *Ne timeas tollere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.*<sup>4</sup> Numquam fieri poterat, ut perditum formidaret infantem, quem divinum esse cognoverat. Aliud quidquam dolor et quaestio parentum, quam simplex lector intelligit, sonat. Quomodo enim tu, si quando Scripturas legis, quaevis in eis sensum cum dolore quodam ac tormento, non quo Scripturas errasse, aut perperam quid habere arbitreris; sed quod illae intrinsecus habeant veritatis sermonem atque rationem, et tu nequeas invenire quod verum est; ita et illi quaerebant ne forte recessisset ab eis, ne relinquens eos, ad alia transmigrasset, et quod magis puto, ne revertisset ad coelos, cum illi placuisset, iterum descendensurus. Dolentes ergo quaerebant Filium Dei.

<sup>1</sup> Le. I, 35.

<sup>2</sup> Matth. XXVI, 39.

<sup>3</sup> Le. II, 48.

<sup>4</sup> Matth. I, 20.

## FRAGMENTUM

149     "Οπερ γάρ ούδεις τῶν προφητῶν ὑπῆρξε, τοῦτο ὑπῆρξεν Ἰωάννης, διὰ τὸ πλησιάζειν τῇ Χριστοῦ παρουσίᾳ, καὶ προτρέχειν αὐτῆς· οὐ γάρ πρότερον ἐπλήσθη τοῦ ἀγίου Πνεύματος, πρὶν ἐπιστῆναι τὴν κυριοροῦσαν τὸν Χριστόν. Τότε δὲ καὶ ἐπληροῦτο Πνεύματος καὶ ἐσκίρτα, καὶ τῇ μητρὶ μετεδίδου, καὶ ἀνεβόα προφητικῶς ἡ Ἐλισάβετ διὰ τὸ κυριοροῦμενον ἐν αὐτῇ βρέφος, καὶ ἔλεγε τῇ Παρθένῳ· «Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ!»· οὐδεμία γάρ τῆς τοιαύτης χάριτος κοινωνὸς οὔτε γέγονεν, οὔτε γενέσθαι δύναται· ἐν γάρ τὸ θεῖον κύημα, εἰς δὲ θεῖος τόκος, καὶ μία ἡ γεννήσασα τὸν θεάνθρωπον. Τί μοι τοίνυν πρώτη προαγορεύεις; Μὴ γάρ ἐγώ εἰμι ἡ τὸν Σωτῆρα τίκτουσα; Ἐχρῆν ἐμὲ πρὸς σὲ παραγενέσθαι, σὺ γάρ ὑπὲρ πάσας τὰς γυναικας εὐλογημένη· σὺ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου· σὺ ἐμὴ Κυρία ἡ τῆς κατάρας τὴν λύσιν βαστάζουσα. Σύμφωνα τῷ νίῷ φθέγγεται· καὶ γάρ δὲ Ἰωάννης ἀνάξιον ἔσυτὸν τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν παραστάσεως ἔλεγε, καὶ αὕτη ἔσυτὴν ἀναξίαν τῆς παρουσίας τῆς Παρθένου. Τί μοι, φησί, τηλικοῦτον πέπρακται ἀγαθόν, ἵνα ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου \* ἔλθῃ πρὸς μέ; Καὶ μητέρα καλεῖ τὴν ἔτι παρθένον, φθάνουσα προφητικῶς τῷ λόγῳ τὴν ἔκδοσιν, καὶ καρπὸν κοιλίας δնομάζει τὸν Σωτῆρα, τῷ μὴ ἔξ ἀνδρὸς εἶναι, ἀλλ' ἐκ μόνης τῆς Μαρίας· οἱ γάρ ἐκ τῶν πατέρων τὴν σπορὰν ἔχοντες ἔκεινων εἰσὶ καρποί.

149     Quod enim nullus prophetarum exstitit, hoc fuit Ioannes, propter quod proximus esset adventui Christi et eius praecursor; non enim prius repletus est Spiritu sancto, quam adveniret illa quae Christo grava erat. Tunc autem et repletus est Spiritu sancto, et exsultavit, et matrem participem fecit, et exclamavit prophetice Elisabeth propter illum quem in utero gerebat infantem, et dixit Virgini: *Benedicta tu in mulieribus;*<sup>1</sup> talis enim gratiae particeps nulla unquam fuit, nec esse potest: unicus enim est divinus conceptus, unicus divinus partus, unica est quae genuit Deum et hominem. Cur me igitur prior salutas? Numquid ego sum quae Salvatorem pario? Oportebat me ad te venire: tu enim super omnes mulieres benedicta: tu Mater Domini mei: tu mea Domina, maledicti solutionem portans. Consona filio loquitur: Ioannes enim indignum se qui coram Christo sisteretur aiebat; illa vero indignam se praesentia Virginis dicebat. Quid a me, inquit, tantum factum est boni, ut Mater Domini mei veniat ad me? Et eam quae adhuc \* virgo erat, matrem vocat, prophetice eventum sermone praeveniens, et fructum ventris appellat Salvatorem, eo quod non ex viro, sed e sola Maria sit: qui enim e parentum seminibus oriuntur, illi sunt eorum fructus.

<sup>1</sup> Lc. I, 42.

PG  
13, 1901

\*1904

PG  
13, 1902

\*1903

<sup>PG</sup>  
<sup>13, 1904</sup> Θεία μὲν οὖν οἰκονομία τὴν Μαρίαν ἤγαγε πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, ἵνα ἡ 150 μαρτυρία Ἰωάννου καὶ ἐκ μήτρας εἰς τὸν Κύριον πληρωθῇ. Ἐσκίρτησε γὰρ τὸ βρέφος, καὶ οἵονεὶ ἥρξατο ἔκτοτε προφήτην δεικνύειν τὸν Ἰωάννην ὁ Κύριος. Εἶχε δὲ καὶ ἡ πορεία τῆς Παρθένου τὴν οἰκείαν αὐτῆς σπουδήν. Ἡλθε γὰρ ὀψομένη τὴν Ἐλισάβετ, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ παράδοξον κύημα καὶ ἴδεῖν καὶ πιστώσασθαι κατὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου φωνήν, ἵνα διὰ τούτου καὶ ὁ μείζων πιστευθῆ τοκετός, ὁ ἔξ αὐτῆς φημί, τῆς Παρθένου. Καὶ συντρέγει πρὸς τὴν πίστιν ταύτην ὁ λόγος τῆς Ἐλισάβετ λεγούσης· «Καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα, διτὶ ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου». Βεβαιοτέρᾳ οὖν ἐγένετο πρὸς τὴν πίστιν ὃν ἤκουσε παρὰ τοῦ ἀγγέλου ἡ Μαρία, μακαριζομένη, ἐὰν πιστεύσῃ, ἀγγέλου τε προσημαίνοντος, καὶ τῆς συγγενίδος τὰ παραπλήσια προφητευούσης.

## COMMENTARIA IN EVANGELIUM IOANNIS

<sup>PG</sup>  
<sup>14, 32</sup> Tomus I, Praefatio, 6. Τολμητέον τοίνυν εἰπεῖν ἀπαρχὴν μὲν πασῶν Γραφῶν εἴναι τὰ Εὐαγγέλια, τῶν δὲ Εὐαγγελίων ἀπαρχὴν τὸ κατὰ Ἰωάννην· οὗ τὸν νοῦν οὐδεὶς δύναται λαβεῖν μὴ ἀναπεσῶν ἐπὶ τὸ στῆθος Ἰησοῦ, μηδὲ λαβὼν ἀπὸ Ἰησοῦ τὴν Μαρίαν γινομένην καὶ αὐτοῦ μητέρα· καὶ τηλεκοῦντον δὲ γενέσθαι δεῖ τὸν ἐσόμενον ἄλλον Ἰωάννην, ὥστε οἵονεὶ τὸν Ἰωάννην δειχθῆναι ὅντα Ἰησοῦν ἀπὸ Ἰησοῦ. Εἰ γὰρ οὐδεὶς υἱὸς Μαρίας, κατὰ

<sup>PG</sup>  
<sup>13, 1903</sup> Divina igitur dispensatio Mariam duxit ad Elisabeth, ut testimonium Ioannis etiam ex utero erga Dominum impleretur. Exsultavit enim infans, et veluti coepit extunc prophetam ostendere Ioannem Dominus. Habuit autem etiam iter Virginis propriam eius diligentiam. Venit enim ut Elisabeth et mirabilem eius conceptum videret, eique fidem faceret secundum evangelicam vocem, ut per illum alter maior, ex ipsa, dico, Virgine partus fidem mereatur. Et concurrit ad fidem hanc sermo Elisabeth dicentis: *Beata quae credidisti, quoniam perficiuntur quae dicta sunt tibi a Domino.*<sup>1</sup> Confirmator ergo ad credenda illa quae audierat ab angelō, facta est Maria, beata dicta si crederet; angelus enim praenuntiabat, et quae simul gravida erat Elisabeth, similia praedicabat.

<sup>PG</sup>  
<sup>14, 31</sup> Tomus I, Praefatio, 6. Audeamus igitur dicere primitias Scripturarum omnium Evangelium esse; Evangeliorum vero primitias, Evangelium a Ioanne traditum; cuius sensum percipere nemo potest, nisi qui supra pectus Iesu recubuerit, vel acceperit a Iesu Mariam, quae etiam ipsius mater fiat: adeo talem tantumque esse necesse est, qui Ioannes alius sit futurus, ut quemadmodum Ioan-

<sup>1</sup> Lc. I, 45.

τοὺς ὑγιῶς περὶ αὐτῆς δοξάζοντας, η̄ Ἰησοῦς, φησὶ δὲ Ἰησοῦς τῇ μητρὶ· «Ἴδε ὁ υἱός σου», καὶ οὐχί· «Ἴδε καὶ οὗτος υἱός σου· ἵσον εἰρηκε τῷ· Ἐδεινότερος ἐστιν Ἰησοῦς ὃν ἐγέννησας. Καὶ γὰρ πᾶς ὁ τετελειωμένος ζῆται οὐκέτι, ἀλλ’ ἐν αὐτῷ ζῆται Χριστός· καὶ ἐπεὶ ζῆται ἐν αὐτῷ Χριστός, λέγεται περὶ αὐτοῦ τῇ Μαρίᾳ· Ἐδεινότερος ὃν ἐγέννησας».

- 152** Tomus II, 30. [...] Καὶ πρὸ τῶν ἐνταῦθα δὲ μαρτυριῶν ἡ ἐν τῇ ἀγαλα-<sup>PG  
14, 181</sup>  
λιάσει σκίρητησις τοῦ Βαπτιστοῦ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Ἐλισάβετ ἐπὶ τῷ ἀσπασμῷ  
τῆς Μαρίας μαρτυρία περὶ Χριστοῦ ἦν, μαρτυροῦντος τῇ θειότητι τῆς συλ-  
λήψεως καὶ γενέσεως αὐτοῦ.

- 153** Tomus VI, 30. «Τῇ ἐπαύριον βλέπει τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν». <sup>PG  
14, 285</sup>  
Πρότερον ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ, ἥμα τῷ συλλαθεῖν αὐτὸν, τῇ μητρὶ τοῦ Ἰωάννου καὶ αὐτῇ ἐγκύμονι τυγχανούσῃ, ἐπεδήμει, δὲ μορφούμενος τῷ μορφου-  
μένῳ ἀκριδέστερον τὴν μόρφωσιν χαρίζεται, σύμμορφον ἐνεργῶν αὐτὸν γε-  
νέσθαι τῇ δόξῃ αὐτοῦ, ὥστε διὰ τὸ κοινὸν τῆς μορφῆς Ἰωάννην τε Χριστὸν  
ὑπονοεῖσθαι τυγχάνειν, καὶ Ἰησοῦν Ἰωάννην ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν νομίζε-  
σθαι, παρὰ τοῖς μὴ διακρίνουσι τὴν εἰκόνα ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν εἰκόνα· νῦν δὴ  
ὁ Ἰησοῦς μετὰ τὰ προεξετασθέντα μαρτύρια Ἰωάννου περὶ αὐτοῦ, αὐτὸς

nes, itidem etiam et iste a Iesu Jesus exsistere ostendatur. Nam si nullus est Mariae filius, iudicio eorum qui de ipsa sane senserunt, praeterquam Iesus: dicitque Iesus matri: *Ecce filius tuus*,<sup>1</sup> et non, ecce etiam hic est filius tuus: perinde est, ac si dixisset: Ecce hic est Iesus quem genuisti. Etenim quisquis perfectus est, non amplius vivit ipse, sed in ipso vivit Christus.<sup>2</sup> Cumque in ipso vivat Christus, dicitur de eo Mariae: Ecce filius tuus Christus.

- 152** Tomus II, 30. [...] Baptistae exultatio prae gaudio in utero <sup>PG  
14, 182</sup>  
Elisabeth propter Mariae salutationem, testimonium fuit de Christo,  
testificante Baptista de divinitate conceptionis et ortus Christi.

- 153** Tomus VI, 30. *Postero die videt Ioannes Iesum venientem ad se.*<sup>3</sup> <sup>PG  
14, 286</sup>  
Prius Iesu mater, simul atque ipsum concepit, ad Ioannis matrem, eamque uterum ferentem pergit, quando qui formatur accuratiorem formationem donat ei qui formabatur, conformem illum efficiens suaē gloriae, adeo ut ob formam communem, Ioannes crederetur esse Christus, et item Christus Ioannes esse a mortuis excitus putaretur,<sup>4</sup> apud eos qui non discernunt inter imaginem et inter eum qui est secundum imaginem; nunc autem ipse Iesu post ea, quae antea accurate examinavimus, testimonia Ioannis de ipso, videtur

<sup>1</sup> Io. XIX, 26.

<sup>2</sup> Galat. II, 20.

<sup>3</sup> Io. I, 29.

<sup>4</sup> Le. III, 15; Matth. XIV, 2; Marc. VI, 14-16; Le. IX, 8.

βλέπεται ὑπὸ τοῦ Βαπτιστοῦ ἐρχόμενος πρὸς αὐτόν. Παρατηρητέον δέ, ὅτι ἐκεῖ μὲν διὰ τὴν τοῦ Μαρίας ἀσπασμοῦ φωνὴν ἐληλυθυῖαν εἰς τὰ ὄτα τῆς Ἐλισάβετ, σκιρτᾷ τὸ βρέφος Ἰωάννης ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρός, τότε, ὡς ἀπὸ τῆς γῆς, λαμδανούστης Πνεύματα ἄγιον. «Ἐγένετο γάρ, φησίν, ὡς ἤκουσε τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας ἡ Ἐλισάβετ, ἐσκίρτησε τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτῆς, καὶ ἐπλήσθη Πνεύματος ἄγιου ἡ Ἐλισάβετ, καὶ ἀνεφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν». Ἔνθα δὲ «Βλέπει ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν, καὶ λέγει· Ἰδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἱρων τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου». ἀκοῇ δὲ τῇ περὶ τῶν κρειττόνων πρότερόν τις παιδεύεται, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτόπτης αὐτῶν γίνεται. «Οτι μέντοι γε εἰς τὴν μόρφωσιν ὀφέληται ὁ Ἰωάννης ἀπὸ τοῦ ἔτι μορφουμένου τοῦ Κυρίου, γενομένου ἐν τῇ μητρὶ πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, τῷ κεκρατηκότι τῶν εἰρημένων περὶ τοῦ φωνῆς μὲν εἶναι τὸν Ἰωάννην, λόγον δὲ τὸν Ἰησοῦν, δῆλον ἔσται· μεγάλη γάρ φωνή γίνεται ἐν τῇ Ἐλισάβετ πληρωθείσῃ Πνεύματος ἄγιου διὰ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας, ὡς αὐτὴ ἡ λέξις παρίστησιν οὕτως ἔχουσα». «Καὶ ἀνεφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ», δῆλον ὅτι ἡ Ἐλισάβετ, «καὶ εἶπεν». Ἡ γάρ φωνὴ τοῦ ἀσπασμοῦ τῆς Μαρίας, γενομένη ἐν τοῖς ὡσὶ τῆς Ἐλισάβετ, ἐπλήρωσε τὸν Ἰωάννην ἐκυρίζεις διόπερ σκιρτᾷ ὁ Ἰωάννης, καὶ οἵονεὶ στόμα τοῦ υἱοῦ καὶ προφῆτις ἡ μήτηρ γίνεται, ἀναφωνοῦσα

a Baptista veniens ad illum. Sed obiter observandum est quod illic per vocem salutationis Mariae, quae pervenit ad aures Elisabeth, exsilit Ioannes infans in utero matris, tum veluti a sancta Maria sumentis Spiritum sanctum: *Evenit enim, inquit,<sup>1</sup> ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, subsilivit infans in utero eius, et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, et exclamavit voce magna, et dixit.* Hic autem *Videt Ioannes Iesum ad seipsum venientem, et dicit: Ecce ille Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi:*<sup>2</sup> in rebus etenim praestantibus, per auditum primum quis eruditur, deinde oculatus testis ipsarum rerum fit. Sed profecto adiuvari Ioannem ad formationem a Domino, qui adhuc cum formaretur perrexit in matre ad Elisabetham, ei perspicuum erit qui tenuerit quae disseruimus, dum diceremus Ioannem esse vocem, Iesum vero sermonem: magna enim vox fit in Elisabeth repleta Spiritu sancto ob Mariae salutationem, ut lectio ipsa docet hunc in modum habens: *Et exclamavit voce magna,*<sup>3</sup> scilicet Elisabeth, *et dixit.* Vox enim salutationis Mariae, quae pervenit ad aures Elisabeth, replevit Ioannem se ipsa; quam ob causam subsiliit Ioannes, materque veluti os filii et prophetissa efficitur, voce

<sup>1</sup> Lc. I, 41.

<sup>2</sup> Io. I, 29.

<sup>3</sup> Lc. I, 42.

κραυγῇ μεγάλῃ, καὶ λέγουσα· « Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου ». "Ηδη οὖν δύναται δῆλος ἡμῖν γίνεσθαι καὶ ἡ μετὰ σπουδῆς πορεία τῆς Μαρίας εἰς τὴν ὁρεινήν, καὶ ἡ εἰσοδος εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου, καὶ ὁ ἀσπασμὸς ὃν ἀσπάζεται τὴν Ἐλισάβετ. "Ινα γάρ μεταδῷ ἀφ' ἣς ἔχει, ἔξ οὗ συνείληφε, δυνάμεως τῷ \*Ιωάννῃ ἔτι ἐν τῇ μήτρᾳ τυγχάνοντι τῆς μητρὸς ἡ Μαριάμ, καὶ αὐτῷ μεταδώσοντι τῇ μητρὶ ἀφ' ἣς ἔλαβε χάριτος προφητικῆς, ταῦτα πάντα γίνεται.

\*288

- 154 Tomus X, 4. [...] Ἐγὼ δὲ οἴμαι καὶ τὸν Μαρκίωνα παρεκδεξάμενον PG 14, 316  
ὑγιεῖς λόγους, ἀθετοῦντα αὐτοῦ τὴν ἐκ Μαρίας γένεσιν, κατὰ τὴν θείαν αὐτοῦ φύσιν ἀποφήνασθαι, ὡς ἄρα οὐκ ἐγεννήθη ἐκ Μαρίας, καὶ διὰ τοῦτο τετολμηκέναι περιγράψαι τούτους τοὺς τόπους ἀπὸ τοῦ Εὐαγγελίου.

- 155 Tomus XX, 24. [...] « Ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετε μοι ». Καὶ ἐπίστησον εἰ δύναται τις τῷ αὐτῷ κατά τινα μὲν ἐπίνοιαν πιστεύειν, κατὰ δὲ ἑτέραν μὴ πιστεύειν· οἷον, παραδείγματος ἔνεκεν, οἱ πιστεύοντες μὲν εἰς τὸν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου \*Ιησοῦν ἐσταυρωμένον ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, μὴ πιστεύοντες δὲ εἰς τὸν γεγεννημένον ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, οὗτοι εἰς τὸν αὐτὸν πιστεύουσι, καὶ οὐ πιστεύουσι.

- 156 Tomus XXXII, 9. [...] Ἡ πάλιν εἴ τις πιστεύων ὅτι, ἐπὶ Ποντίου Πιλά- PG 14, 784

magna exclamans ac dicens: *Benedicta tu inter mulieres, et benedictus ille fructus ventris tui.*<sup>1</sup> Iam vero a nobis aperte perspici potest tum Mariae iter ad montana cum festinatione,<sup>2</sup> tum ingressus in domum Zachariae, ac deinde salutatio qua salutat Elisabeth. Haec enim omnia eveniunt, ut Maria faciat partem Ioannem (etiamnum in utero matris existentem) eius potentiae quam habet ab eo \* quem conceperat, qui quidem Ioannes et ipse partem facturus erat matrem illius prophetiae quam acceperat.

\*287

- 154 Tomus X, 4. [...] Ego autem arbitror etiam Marcionem responsum doctrinam sanam, et reiicientem ipsius ex Maria ortum, enuntiasse eum iuxta divinam naturam genitum ex Maria non fuisse, et hanc ob causam ausum fuisse delere hos locos ex Evangelio. PG 14, 315

- 155 Tomus XX, 24. [...] *Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.*<sup>3</sup> Proinde vide ne forte iuxta unam considerationem fieri possit, ut quis uni eidemque credat, et iuxta aliam considerationem eidem non credat: verbi gratia, qui credunt in Iesum \* crucifixum tempore Pontii Pilati in Iudea, non credunt autem in eum qui natus est ex Maria virgine, hi in eum credunt et in eum non credunt.

PG 14, 642

\*643

- 156 Tomus XXXII, 9. [...] Si quis credat Iesum sub Pontio Pilato PG 14, 783

<sup>1</sup> Ibid.<sup>2</sup> Lc. I, 39-40.<sup>3</sup> Io. VIII, 45.

του σταυρωθεὶς ἵερόν τι χρῆμα καὶ σωτήριον τῷ κόσμῳ ἐπιδεδήμηκεν· ἀλλ' οὐκ ἐκ Παρθένου τῆς Μαρίας, καὶ ἀγίου Πνεύματος τὴν γένεσιν ἀνείληφεν, ἀλλ' ἐξ Ἰωσῆφ καὶ Μαρίας· καὶ τούτῳ ἂν λείποι εἰς τὸ πᾶσαν ἔχειν τὴν πίστιν τὰ ἀναγκαιότατα.

praeside cruci affixum, sacram rem quamdam, et salutarem mundo attulisse; non item credens eum ex Maria Virgine, et sancto Spiritu ortum assumpsisse, sed ex Ioseph et Maria: huic etiam deerunt maxime necessaria ad habendam omnem fidem.

#### COMMENTARIA IN EPISTOLAM AD ROMANOS

PG  
14, 850 Lib. I, 5. [...] Verum occurrunt nobis quidam quaestiones acerbissimas commoventes, quomodo videatur Christus descendere ex semine David, quem constat non esse ex Ioseph natum, in quem Ioseph series ex David descendantis \* generationis adducitur. Quibus occurtere quamvis molestum sit secundum litterae rationem, tamen respondetur a nostris, quod *Maria* quae *desponsata Ioseph antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu sancto*,<sup>1</sup> secundum legem sine dubio contribuli suo et cognato coniuncta est. Et quamvis dicatur ad eam ab angelo, quia *et Elisabeth cognata tua etiam ipsa pariet filium in senectute sua*<sup>2</sup> (Elisabeth autem ex filiabus Aaron esse dicitur), tamen affirmatur a nostris quod cognationis nomen non solum ad contribules, sed et ad omnes qui sunt ex genere Israel, inter se invicem competenter possit aptari, sicut et idem apostolus de omnibus simul dicit: <sup>3</sup> *Qui sunt cognati mei secundum carnem*. Haec quidem et alia his similia respondentur; verum quam sint valida adversum assertiones eorum qui nos de Scripturarum testimoniosis perurgent, probato tu qui legis. Nobis tamen haec intelligenda secundum spiritalem vel allegoricanam rationem magis videntur, secundum quod nihil obest etiam quod Ioseph pater Christi dicitur, cum omnino non sit eius pater; quia et in generationibus a Mattheo refertur <sup>4</sup> quod Iosaphat genuerit Ioram, et Ioram genuerit Oziam; in quarto autem Regnorum libro scriptum est,<sup>5</sup> quod Ioram genuerit Ochoziam, et Ochozias genuerit Ioas, et Ioas genuerit Amasiam, Amasias vero genuerit Azariam, ipsum qui

<sup>1</sup> Matth. I, 18.

<sup>2</sup> Lc. I, 36.

<sup>3</sup> Rom. VI, 3.

<sup>4</sup> Matth. I, 7.

<sup>5</sup> IV Reg. VIII, 25; XI, 2; XIV, 1; XV, 1, 7, 30, 31, 34.

interdum Ozias nominatur; et Azarias Ioatham. Hic ergo Ozias, qui et Azarias, cum in quarto Regnorum libro dicatur Amasiae esse filius, a Mattheo Iorae filius scribitur, tribus in medio generationibus praetermissis. Cuius rei dissertio, certum est quod non secundum historiam, sed secundum spiritalem intelligentiam constet; quae non est nobis nunc in transitu pulsanda: in suo enim loco tangetur. Interim sufficit nobis ad eos qui adversantur respondere, quod sicut Iesus Ioseph filius esse dicitur, ex quo non est generatus; et Ozias genitus ex Ioram, ex quo non est genitus: ita et ex semine David secundum carnem Christus potest accipi, ut quidquid rationis vel assertionis in Ioram protulerunt, et in Ioseph, hoc et in David suscipiendum dicamus.

- 158 Lib. III, 8. Quamvis enim carnem naturae nostrae suscepere <sup>PG  
14, 948</sup> [Christus] ex incontaminata tamen Virgine assumpta, et casta sancti Spiritus operatione formata est.
- 159 10. [...] Sed fortassis occurrat aliquis huic de muliere et viro expositioni nostrae, et obiiciat illud, quod dixit Apostolus de Christo: *Factum ex muliere, factum sub lege;*<sup>1</sup> et non dixit, factum per mulierem. Cui modo respondendum puto. De omni quidem homine conveniet dici quod per mulierem factus sit, quoniam quidem priusquam per mulierem nasceretur, ex viro accepit exordium; Christus vero, qui non ex semine viri carnis suae \*sumpsit originem, merito *ex muliere* factus dicitur. Ipsi namque, id est mulieri, et ipsa principalis origo carnis eius ascribitur, et recte non per mulierem, sed *ex muliere* factus ab Apostolo memoratur. <sup>PG  
14, 956</sup> \*<sup>957</sup>
- 160 Lib. VI, 12. [...] Quod dixit, *in similitudinem carnis peccati,*<sup>2</sup> ostendit nos quidem habere carnem peccati. Filium vero Dei similitudinem habuisse carnis peccati, non carnem peccati. Omnes enim nos homines qui ex semine viri cum muliere convenientis concepti sumus, illa necessario utimur voce qua \* dicit David, quoniam *in iniquitatibus concepit me mater mea.*<sup>3</sup> Verum qui ex nulla viri contagione, sed solo Spiritu sancto super Virginem veniente, et virtute Altissimi obumbrante venit ad corpus immaculatum, naturam quidem corporis nostri habuit, pollutionem tamen peccati quae ex concupiscentiae motu conceptis traditur, omnino non habuit. Idcirco ergo *in similitudinem carnis peccati* venisse dicitur Filius Dei. <sup>PG  
14, 1094</sup> \*<sup>1095</sup>

<sup>1</sup> Galat. IV, 4.

<sup>2</sup> Rom. VIII, 3.

<sup>3</sup> Ps. L, 7.

## IN EPISTOLAM AD GALATAS

<sup>PG</sup>  
14, 1298 [...] Sanum est sensum Scripturae recipere, nec oportet inclinare 161  
aurem his qui dicunt per Mariam, et non ex Maria eum natum;  
quod Apostolus praesciens ita praedixit: *Cum autem venit plenitudo  
temporum, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub  
lege, ut eos qui sub lege erant redimeret.*<sup>1</sup> Vides quia non dixit, factum  
per mulierem, sed, *factum ex muliere*.

## IN EPISTOLAM AD TITUM

<sup>PG</sup>  
14, 1304 Sed nunc unum atque idem credendum est etiam de eo qui de 162  
Domino nostro Iesu Christo falsi aliquid senserit, sive secundum  
eos qui dicunt eum ex Ioseph et Maria natum, sicut sunt Ebionitae  
et Valentiniiani; sive secundum eos qui primogenitum eum negant,  
et totius creaturae Deum, et Verbum, et Sapientiam quae est ini-  
tium viarum Dei antequam aliquid fieret, ante saecula fundatam,  
atque ante omnes colles generatam; sed hominem solum eum di-  
centes: vel secundum eos qui Deum quidem eum fatentur, non ta-  
men assumpsisse animam corpusque terrenum: qui sub specie quasi  
amplioris gloriae Domino Iesu deferenda, omnia quae ab eo gesta  
sunt, visa geri magis quam vere gesta esse testantur: quique nec  
de virgine natum fatentur, sed triginta annorum virum eum appa-  
ruisse in Iudea. Alii vero ex virginе quidem eum credunt esse pro-  
genitum; sed putasse se magis virginem peperisse, non tamen vere  
peperisse confirmant. Latuisse quippe etiam virginem putativae  
generationis asserunt sacramentum. Qui quomodo non ab Ecclesia  
longe ponendi sunt, cum philarchiae morbo languentes dogmata  
statuerint, quibus ad suum nomen discipulos declinarent?

## ADNOTATIONES IN LEVITICUM

<sup>PG</sup>  
17, 17 Cap. XII, 2. «Γυνὴ ἦτις ἐὰν σπερματισθῇ καὶ τέκῃ ἄρσεν». 163  
Παρέλκειν δόξει τὸ «ἐὰν σπερματισθῇ», προτασσόμενον τοῦ· «καὶ τέκῃ  
ἄρσεν». Ἐλλ' ἐφίστημι μήποτε ἵνα προφητικῶς ἡ Μαρία, οὐκ ἐκ τοῦ ἐσπερ-

<sup>PG</sup>  
17, 18 Cap. XII, 2. *Mulier quaecunque, si semen susceperit, et pepererit 163  
masculum.*

Redundare videatur illud, *si semen susceperit*, quod praemittitur  
ante *et pepererit masculum*. At enim inclinor animo ut suspicer,  
<sup>\*19</sup> prophetice \* Mariam, quippe quae non suscepto semine peperit ma-

<sup>1</sup> Galat. IV, 4.

ματίσθαι \* τεκοῦσα ἄρσεν, μὴ νομισθῆ ἀκάθαρτος εἶναι, γεγεννηκύῖα τὸν Σωτῆρα, εἴρηκεν ὅλον τοῦτο. Ἐδύνατο δὲ καὶ μὴ προκειμένου τοῦ «Ἐὰν σπερματισθῇ», νοεῖσθαι μὴ οὖσα ἀκάθαρτος ἡ Μαρία· οὐ γάρ ἀπλῶς γυνή, ἀλλὰ παρθένος.

## SCHOLIA IN MATTHAEUM

- 164 Cap. I, 18. [...] Ἡ δὲ γέννησις αὐτοῦ διπλῇ γέγονε, καθ' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς. Τὸ μὲν γάρ ἐκ γυναικός γεννηθῆναι καθ' ἡμᾶς· τὸ δὲ μὴ ἐκ θελήματος σαρκός, ἡ ἀνδρός, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἀγίου, ὑπὲρ ἡμᾶς. "Οπέρ καὶ τὴν μέλλουσαν προανεφώνει \* γέννησιν, ἦν ἡμῖν ἔμελλεν ἐκ Πνεύματος χαρίσεσθαι." \*292

## SCHOLIA IN LUCAM

- 165 Cap. I, 27. [...] Τὸ ὑπερβάτον οὕτως ἔχει: «Ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος πρὸς παρθένον ἐξ οἰκου Δαυΐδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ, μεμνηστευμένην ἀνδρί, φῶνομα Ἰωσῆφ». Οὐκ ἀπεστάλη δὲ πρὸς Ἰωσῆφ ὁ ἄγγελος· ἐπειδὴ οὐδὲν ἦν κοινὸν τῷ Ἰωσῆφ πρὸς τὴν τοῦ Κυρίου γέννησιν. 'Ως δὴ ἀρξαμένης τῆς ἀμαρτίας ἀπὸ γυναικός, οὕτω καὶ τὰ ἀγαθὰ ἀπὸ γυναικός ἔδει ἀρξασθαι.
- 166 36. «Καὶ ίδού ἡ Ἐλισάβετ ἡ συγγενής σου», καὶ τὰ ἔξῆς.  
"Ηκουσεν ὁ Πρόδρομος, τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ ἀγίου Πνεύματος κινούμενος,

PG  
17, 281

\*292

PG  
17, 320PG  
17, 320

sculum, ne putetur immunda fuisse propterea quod Salvatorem ediderit, hoc totum dixisse. Poterat nihilominus etiam non praeposito, *si semen suscepit*, reputari non immunda fuisse Maria: non enim simpliciter mulier erat, sed virgo.

- 164 Cap. I, 18. [...] Nativitas illius [Christi] duplex fuit, secundum nos et supra nos. Quod enim ex muliere natus sit, \* secundum nos est: at quod natus sit non ex voluntate carnis vel viri,<sup>1</sup> sed ex Spiritu sancto, hoc supra nos est. Quod et futuram proclamavit nativitatem, quam nobis ex Spiritu largitus erat.
- 165 Cap. I, 27. [...] Hyperbaton, seu sermonis translatio ita se habet: *Missus est angelus ad virginem de domo David, et nomen virginis Mariam, desponsatam viro, cui nomen Ioseph.* Non est autem missus ad Ioseph angelus, quippe nihil erat commune Iosepho cum nativitate Domini: quia scilicet cum coepisset peccatum a muliere, sic et bona oportebat ut a muliere exordirentur.
- 166 36. *Et ecce Elisabeth cognata tua, etc.*  
Audivit Praecursor, motus operatione sancti Spiritus, Mariae

PG  
17, 290

\*291

PG  
17, 319PG  
17, 319<sup>1</sup> Io. I, 13

τὸν ἀσπασμὸν Μαρίας, ὃν ὑπέλαθεν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστός, καὶ ἐσκίρτα ἐν ἀγαλλιάσει ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρός, εἰς ἔμφασιν χαρᾶς καὶ προφητείας δήλωσιν.

[...] "Εδει τὴν μακαρίαν ταύτην Μαριάμ, μετὰ τὴν τοῦ Γαβριὴλ ἐπιδημίαν, ἀναβαίνουσαν ἀναβῆναι ἐπὶ τὴν ὁρεινήν. Μετὰ σπουδῆς δὲ ἐπορεύετο ἀγορένη ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ Πνεύματος, ὃ ἐπεληλύθει αὐτῇ, καὶ τῆς δυνάμεως τοῦ Ὑψίστου, τῆς ἐπισκιάσης αὐτῇ.

\*321     "Ωσπερ ἥρξατο ἡ ἀμαρτία ἀπὸ γυναικός, καὶ \* μετὰ τοῦτο ἔφθασεν ἐπὶ τὸν ἄνδρα· οὕτω καὶ τὰ ἀγαθὰ ἀπὸ τῶν γυναικῶν ἥρξατο, ἵν' ἀπεντραπῶσιν αἱ γυναικες τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὰ γυναικεῖα ἀποθέμεναι, ζηλώσωσι τοὺς βίους τῶν μακαρίων τούτων.

<sup>PG</sup>  
17, 321     43. «Καὶ πόθεν μοι τοῦτο δῆλον, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ», καὶ τὰ ἔξῆς. 167

Σύμφωνα τῷ υἱῷ φθέγγεται ἡ Ἐλισάβετ, ἀναξίαν ἔχατην τῆς παρουσίας τῆς Θεοτόκου λέγουσα, ὡσπερ καὶ Ἰωάννης τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν παραστάσεως. Τί γάρ μοι, φησί, τηλικοῦτον πέπρακται ἀγαθόν, ἵνα ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου ἔλθῃ πρός με; Μητέρα καλεῖ τὴν ἔτι παρθένον, φθάνουσα προφητικῷ λόγῳ τὴν ἔκβασιν. Θεία μὲν οὖν οἰκονομία τὴν μαρτυρίαν ἤγαγε πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, ἵνα καὶ ἡ μαρτυρία Ἰωάννου ἐκ μήτρας εἰς τὸν Κύριον διὰ τῆς ἴδιας μητρὸς Ἐλισάβετ πληροφορηθῇ, καὶ ἵνα κατὰ τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνὴν ὁρμόνηται τὴν Ἐλισάβετ, καὶ τὸ ἐν αὐτῇ παράδοξον κύημα, διὰ τούτου

salutationem, quam interpellavit Verbum Dei Christus, et exultabat in gaudio in utero matris, ad ostendendam gratiam innundamque prophetiam.

[...] Oportebat, ut beata haec Maria, post Gabrielis adventum, ascendendo ascenderet in montanam. Cum festinatione autem proficiscebatur, ducta ab eo, qui in ipsa erat Spiritu, qui supervenerat ei, atque a virtute Altissimi obumbrante ei.

\*322     Quemadmodum cooperat peccatum a muliere, et \* postea derivavit in virum: sic et bona a mulieribus incepere, ut despicerent mulieres infirmitatem, et quae muliebria sunt deponentes, aemularentur vitas horum beatorum.

<sup>PG</sup>  
17, 322     43. *Et unde hoc mihi manifestum, ut veniat mater, etc.* 167

Consonantia cum filio loquitur Elisabeth, indignam se adventu Deiparae dicens; quemadmodum et Ioannes indignum se dicebat qui Christo assisteret. Quodnam enim mihi, ait, tam grande factum est bonum, ut mater Domini mei veniat ad me? Matrem vocat, quae adhuc virgo erat, ante occupans propheticō sermone eventum. Divina igitur dispensatio testimonium fecit apud Elisabeth, ut etiam testimonium Ioannis ex utero de Domino per propriam matrem Elisabetham certissimum evaderet, et ut iuxta angeli vocem constituta Elisabetham, et stupendam eius graviditatem, per hoc et

καὶ τὸ μεῖζον πιστεύσῃ, τουτέστι τὸν ἔξ αὐτῆς φημι τῆς παρθένου ἀσπόρον τοκετόν. Καὶ συντρέχει πρὸς τὴν πίστιν ταύτην καὶ ὁ λόγος ὁ τῆς Ἐλισάβετ, λεγούσης: «Καὶ μακαρία ἡ πιστεύσασα, ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου». Βεβαιούμενα γὰρ πρὸς τὴν πίστιν ἐκ τούτων ἐγίνετο τῶν ῥημάτων ἡ παρθένος, μακαρίζομένη, ὅτι ἐπίστευσεν, ἀγγέλου τε προσημαίνοντος, καὶ τῆς συγγενίδος παραπλησίως προφητευόσης.

"Ιδωμεν λοιπὸν παρθενικὴν προφητείαν.

PG  
17, 321

168 46. «Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον».

Πῶς ἡ ψυχή μου μεγαλύνει τὸν Κύριον, κατανοητέον. Ἐὰν ἀξίως πολιτευώμεθα κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς, καὶ ὅμοιωθῶμεν τῷ πρωτοτύπῳ, κατὰ τὸ δυνατόν, δι' ἀγαθῶν ἔργων, μεγαλύνομεν τὸν Κύριον λόγοις, ἔργοις, νοήμασι. Σμικρύνει δέ τις αὐτὸν ἀναλόγως, κατὰ τὴν κακίαν τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ. Τῆς οὖν Μαρίας ἡ ψυχὴ ἐμεγάλυνε τὸν Κύριον, τὸ δὲ πνεῦμα αὐτῆς ἡγαλλιάσατο ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρι. Πρῶτον ἐμεγάλυνεν ἡ ψυχὴ αὐτῆς, εἶτα ἡγαλλιάσατο τὸ πνεῦμα αὐτῆς.

quod maius erat crederet, ex semet nempe virgine conceptionem sine semine. Concurrit quoque ad hanc fidem faciendam sermo Elisabeth, dicentis: *Et beata, quae credidisti, quoniam erit perfectio dictis tibi a Domino.*<sup>1</sup> Constantior enim ad credendum ex his verbis facta est virgo, dum beata praedicatur utpote quae crediderit, tum angelo praesignificante, tum etiam eognata haud aliter vaticinante.

Videamus iam virginalem prophetiam.

PG  
17, 322

168 46. *Magnificat anima mea Dominum.*

Quomodo anima mea magnificat Dominum, considerandum est. Si ut par est vitam traducamus secundum imaginem eius qui creavit nos, atque exemplari nostro assimilemur, quantum fieri potest, per bona opera, tunc magnificamus Dominum verbis, operibus, cogitationibus. Extenuat autem illum quis, cum proportione, iuxta pravitatem quae sibi inest. Mariae igitur anima Dominum magnificabat, et spiritus eius exsultabat in Deo salutari. Prius magnificabat anima illius, deinde exsultavit spiritus eius.

<sup>1</sup> Lc. I, 45.

• PG 11, 147, 174, 210, 318, 349, 405, 606, 668, 713, 716, 720, 722, 724, 729, 736, 789, 852, 921, 1277. PG 12, 158, 183, 227, 340, 348, 386, 405, 497, 510, 866, 1257, 1583. PG 13, 52, 57, 88, 153, 227, 672, 676, 877, 885, 1608, 1644, 1676, 1811, 1819, 1824, 1825, 1828, 1832, 1834, 1837, 1848, 1851, 1852, 1853, 1859. PG 14, 81, 87, 165, 220, 225, 288, 379, 504, 528, 608, 616, 789, 1046, 1210. PG 15, 324, 356.

■ PLS IV, 852 ss., 897.